

clesia, Clericum & Beneficiatum alium non habens, Clericum seu Beneficiatum presentare poterit; nec Episcopus in effectu presentare, sed potius conferre Beneficium censetur. Passerin. ad cap. un. d. t. in 6. num. 6. 133 Si posterius; Jus Patronatus non extinguitur, sed in aliam Ecclesiam vel personam transfertur: hanc tamen servatam differentiam, quod in aliam Ecclesiam transferri possit absque consensu Episcopi; non item in personam singularem. Textus in d. cap. un. in princ. ubi Passerin. n. 6. & 7. 134 Cum delicto amittitur Jus Patronatus I. Si Patronus se vel alium occidat aut mutilet Rectorem aut alios Clericos Ecclesie patronate cap. in quibusdam 12. 8. sacris de Paen.

P. Engel ad tit. de Jure Patron. n. 26. P. König ib. n. 34. P. Wiestner num. 201. II. si 135 Patronus in perceptionem fructuum se ingererit, aut illos sibi applicandis; vel impediendo, ne ad eum, ad quem spectant de Jure, perveniant. Trid. sess. 22. de ref. cap. ult. III. 136 si titulus illicitus seu simoniaco Jus Patronatus in alios transferre præsumptus. Trid. sess. 25. de ref. cap. 9. IV. si lapsus fuerit in hæresin arg. dictorum in num. 101. aut criminis læsæ Majestatis, vel aliud, cui confiscatio bonorum (quorum conditionem sequitur Jus Patronatus reale) est annexa, commiserit. Engel d. l. num. 25. Wiestner num. 203. Lambertini 8. quest. articulo. 2. & 2. seqq.



CAPUT III. De Jure Decimandi.

Juribus Parochialibus accensetur etiam Jus Decimandi, quod, cum annexum habeat præcipuum emolumentum temporale, in solatium Parochorum introductum, simulque pluribus difficultatibus sit circumseptum, tractetur, ut speciali capite discutatur.

SECTIO I.

De Natura, Varietate, & Origine Juris Decimandi.

SUMMARIA.

- 1. & seqq. Etymon Decimarum. 5. Synonyma. 6. Homonymia. 7. Definitio Juris Decimandi. 8. & seqq. Est jus reale, usufructui simile. 14. Petendi decimam partem. 15. Fructuum & lucrorum justè acquisitionum. 16. Propter ministerium spirituale. 17. & 18. Dividitur in Directum & reale. 19. & seqq.

Reale & personale. 23. & seqq. Majus & minus. 26. & seqq. Ordinarium & extraordinarium. 29. & seqq. Ecclesiasticum & Laicale. 32. & seqq. Materialiter spectatum est Jus Divini. 35. Formaliter acceptum est Jus Ecclesiasticum. 36. & seqq. Preferuntur, & preferantur objecta.

§. I.

De Nomine Juris Decimandi.

Jus Decimandi nomen adeptum est à parte decima, quæ ex fructibus, redditibus, & aliis rebus solvitur per cap. decimam partem 1. de Decim. l. si quis rem aliquam 2. §. 2. ff. de Pollicitat. Unde decimanus ager à Cicerone lib. 2. de Fin. appellatur, ex quo decima pars fructuum penditur Imperatori. Gonzalez ad cap. cum homines 7. d. t. n. 3. Quin & decimari legiones olim dicebantur, quando decima pars supplicio fuit addicta: nam apud Romanos, ubi plures ejusdem delicti reperiebantur, complices, decimus quisque afficiebatur supplicio, ut sic metus ad omnes, poena ad paucos perveniret, velut ex Tacito lib. 4. Annal. cit. l. Gonzalez Quæcunque igitur pensatio, contributio, vel præstatio, quæ decima pars ex bonis vel redditibus quæcun-

que titulo, sacro vel profano, solvitur, in laxiori sensu Decimarum nomine comprehenditur arg. §. ult. Infructus. de Paen. comens litig. Novell. 112. cap. 2. in princ. l. ult. Cod. de infrimand. pen. calibat.

Preterea autem acceptum Jus Decimandi complectitur solam partem decimam, quæ solvitur ex titulo spirituali ministris Ecclesiasticis, ut patet ex t. t. de Decim. X. in VI. Clement. & Extravag. manetque hoc nomen, tametsi ex Jure speciali quandoque non decima sed minor pars reddatur à fidelibus: cum origo potius quam usus spectetur. Gonzalez cit. l.

Habet plura synonyma. Dicitur namque, tributum DEI cap. tua nobis 26. cap. cum non sit 33. de Decim. tributum egentium animarum d. cap.

d. cap. tua nobis & c. sanctuarium DEI cap. ad hæc 15. d. t. possessio DEI cap. revertimini 65. XVI. q. 1. patrimonium Christi cap. cum secundum 16. de Prebend. Alexander Moneta de Decim. cap. 2. sub n. 1.

6 Considerari potest dupliciter, materialiter

§. II.

De Definitione Juris Decimandi.

Definitur Jus Decimandi, quod sit jus facultatis petendi decimam partem fructuum & lucrorum, justè acquisitionum, propter ministerium spirituale.

8 Dixi I. jus seu facultas. Sed, quale jus, inquis, reale, vel personale? Putem, quod Jus Decimandi, quatenus afficit res & prædia, sit reale: utpote cum passivè inhæreat ipsi rebus & prædiis, ex quibus Decimæ sunt solvendæ per textus in cap. ex parte 21. cap. non est 22. cap. tua nobis 26. cap. pastoralis 28. cap. cum non sit 33. de Decim.

9 Si ulterius in res, & petas, sitne Jus Decimandi, quatenus afficit res & prædia, species domini vel servitutis? Dico, quod nequeat esse species domini: quia qui Jus Decimandi obtinet, circa proprietatem rei & prædii nihil disponere valet, sed tota dispositio pertinet ad possessores arg. d. cap. pastoralis & cap. in aliquibus 32. d. t. Erit igitur species servitutis; quod equidem cum Covarruv. lib. 1. Var. resolut. cap. 17. sub n. 106. negat Clariss. P. Melchior Friderich p. m. in Quæstion. Canonica. de Decim. p. 2. n. 303. eò quod Decimæ sint,

11 potius quædam Ecclesie justissima indictio; sed affirmatur ab Innocentio in cap. de quarta & de Præscrip. 8. mediò judicio, sequitur inevitabiliter ex dictis: non enim alia species juris in re est assignabilis, quam servitutis: utpote cum Jus Decimandi, sive dicatur indictio, sive tributum, rei vel prædio imponat onus, diminuat libertatem & utilitatem, alias domino competentem, ac eum eo onere transeat ad quemvis possessorem d. cap. cum non sit 33. de Decim. laterim non pertinet ad

seu objectivè, & formaliter. Materialiter seu objectivè denotat ipsam partem & portionem fructuum, personis Ecclesiasticis solvendam; formaliter denotat jus & facultatem petendi decimam partem fructuum. In qua posteriori consideratione

§. II.

De Definitione Juris Decimandi.

servitutes reales, quæ rei debentur à re; sed magis ad servitutes personales, quæ à re debentur personæ, veluti supponit idem Innocent. & nominatim ad usum fructuum, in quantum est jus utendi fruendi re alienâ, salvâ ejus substantiâ. Licet utique non possit per omnia cum usufructu æquiparari, sed in aliquibus accedat, in aliis recedat à natura usufructus; & modò pinguius, modò sterilius sit Jus Decimandi, sicuti patet in decursu. Nunc revertor ad explanationem definitionis, in qua

Dixi II. petendi decimam partem. Quæ verba jam in num. 1. sunt explicata. Quorum si rationem expetas, & cur decima pars, & non major aut minor exigatur, scire desideres? Responderi solet, numerum decennarium reputari perfectum, dum ultra & supra illum non novus numerus ponitur, sed novus denarius repetitur. Moneta de Decim. d. cap. 2. sub n. 2. q. 2.

Dixi III. fructuum & lucrorum justè acquisitionum. Quatenus enim Decimæ sunt reales, pro objecto habent fructus; & quatenus sunt personales, pro objecto denotant lucra; de quibus in sect. 4.

Dixi IV. propter ministerium spirituale. Cau-16 sa siquidem & titulus, ob quem Jus Decimandi fuit attributum personis Ecclesiasticis, est ministerium spirituale, servitium Divinum, administratio Sacramentorum cap. tua nobis 26. de Decim. Et idèd, quia connexionem cum re spirituali obtinet, juribus spiritualibus annumeratur cap. adhec 15. cap. quamvis 17. cap. tua 25. in pr. d. t.

§. III.

De Divisione Juris Decimandi.

Jus Decimandi dividitur I. in directum & utile. Directum est quasi radicalis & directa potestas, exigendi Decimas ex jure directo ministerii spiritualis. Utile est facultas fruendi utilitate & commodo, ex Decimarum collectione perceptibili. Deducitur hæc divisio ex cap. cum Apostolica 7. de his que sunt à Pralat. sine cons. Capit. cap. statuto 2. §. sane de Decim. in 6. & I. Feud. tit. 6. in pr.

19 Dividitur II. in reale & personale. Reale dicitur, quod afficit res & prædia, quatenus ex suo corpore producat fructus, vinum, frumentum, oleum & c. Personale dicitur, quod afficit personam, quatenus ex sua industria, dexteritate, & negotiatione potest facere lucrum. Fundatur hæc divisio in

cap. ad Apostolica 20. cum 3. seqq. cap. pastoralis 28. de Decim.

Aliqui cum Gonzalez ad cap. cum homines 7. 2. eod. tit. num. 4. prop. fin. superaddunt tertiam speciem, quam Jus Decimandi mixtum vocant; atque ad hanc reducant Decimas fructuum, partim ex rei corpore, partim ex industria vel custodia hominis provenientium, quales sunt lac, butyrum, caseus & c.

Sed, quia deficit textus, quò Jus Decimandi mixtum stabilitur; ac in cit. cap. ad Apostolica 20. solummodò duplicium Decimarum, realium & personalium, fit mentio; ipsi quoque fructus, qui naturaliter ex rebus nascuntur, v. g. frumentum & vinum, referuntur ad Jus Decimandi reale, quamvis ad eorum produ-

productionem industria humana concutit: tertia illa & distincta species à plerisque DD. hodie non agnoscitur. P. Engel ad tit. de Decim. n. 1. P. König ib. n. 4. P. Wex in Manip. Decimar. q. 2. n. 4. & seq. P. Wiestner ib. n. 5. P. Friderich Quest. Can. p. 1. num. 11. & seq. P. Reiffenuel ad cir. tit. num. 4. Reverendiss. DD. Guetrather Inf. Jur. Can. lib. 2. tit. 26. num. 5.

23 Dividitur III. Jus Decimandi in majus & minus. Majus dicitur, quod continet fructus majores, pretiosiores, seu grossos, v. g. frumentum, vinum, oleum, vulgò det Groß Zehend. Minus appellatur, quod comprehendit fructus minores, minutos, aut minus pretiosos, v. g. lanam, caseum, butyrum, poma, fetus animalium &c. germanicè det Klein Zehend. Minus appellatur, quod comprehendit fructus minores, minutos, aut minus pretiosos, v. g. lanam, caseum, butyrum, poma, fetus animalium &c. germanicè det Klein Zehend.

24 Habet hæc divisio vestigium in cap. cum in tua 30. de Decim. traditur à Glossa in cir. cap. minuta. P. Pirhing ad cir. tit. n. 5. P. Wex cir. q. 2. n. 6. P. Reiffenuel ib. 25 n. 5. Zoëll. n. 5. Etque receptissima in regionibus Germaniæ, in quibus tamen non eadem omnium locorum viget consuetudo, sed aliquando plures, aliquando pauciores fructus ad Decimas majores vel minores referuntur. Wagnereck ad rub. de Decim.

26 Dividitur IV. Jus Decimandi in ordinarium & extra-ordinarium. Ordinarium est, quod habet pro objecto fructus, ex prædiis ordinariis seu fertilibus oriundos. Extraordinarium est, quod habet pro objecto fructus, ex prædiis ordinariis seu novalibus progenitis.

27 Traditur hæc divisio in variis Juris locis

cap. per venis 5. cap. ex parte 10. cap. ad audientiam 12. cap. quoniam 13. cap. cum coningat 29. de Decim. cap. statuto 2. §. ult. eod. in 6. Pro cuius intellectu sciendum est, novalia dupliciter accipi, propriè & impropriè. Propriè accipitur dicuntur loca, quæ à tempore, cuius non extat memoria, sterilia & inculta, modò ad culturam sunt redacta, velut si ex sylva vel palude exsiccata fiat ager cap. quid per novale 21. de V. S. Impropriè accepta dicuntur loca, quæ nullò quidem tempore omnino sterilia & inculta fuerunt, alios tamen fructus olim, quam modò, tulerunt, sicuti si pratum in vineam aut agrum commutetur cap. cum in tua 30. d. 1.

Dividitur V. Jus Decimandi in Ecclesiasticum & Laicale. Ecclesiasticum est, quod juxta primævam suam institutionem & naturam competit personis Ecclesiasticis. Laicale est, quod à titulo spirituali legitimè separatum, & Laicis ex justa causa concessum est. Innotitur hæc divisio textui in cap. cum Apostolica 7. de his, que sunt à Prælat. sine cons. cap. prohibemus 19. de Decim. cap. statuto 2. §. ult. eod. in 6. Habetque pro autoribus P. Pirhing ad d. tit. n. 5. P. Wex cir. q. 2. n. 7. P. Reiffenuel ibid. n. 6. P. Friderich. cir. l. n. 27. §. 1.

In dubio Jus Decimandi præsumitur potius Ecclesiasticum quam Laicale P. Pirhing d. l. n. 5. Wex n. 8. Friderich n. 19. partim quia præsumptio semper stat pro eo, quod est ordinarium & naturale, partim quia status antiquus non præsumitur mutatus: partim quia non præsumitur separatio, quæ facti, non Juris est.

§. IV.

De Origine Juris Decimandi.

32 Varietatem sententiarum, quæ circa Decimarum originem prodire, in unam consonantiam redacturus, inter Decimas, juxta n. 6. materialiter & formaliter spectatas, distinguo, &c.

33 Dico I. Decimæ, quatenus considerantur purè materialiter, prout sunt justum stipendium, Ministris Ecclesiæ debitum, debent originem suam Naturali & Divino Juri. Ratio est: quia cuilibet, in gratiam alterius laborem impendenti, debetur stipendium: sic enim Regibus, pro Republica sollicitis, tributa; militibus, pro patria strenuis, stipendia; Judicibus & Advocatis, pro justitia vigilantibus, sportulæ & salaria præstantur. Atqui Clerici & Ministri Ecclesiastici in gratiam fidelium suum impendant obsequium, Breviarium recitandò, Verbum Divinum prædicandò, curam animarum exercendò, Sacramenta administrandò &c. Ergo &c. Hinc Apostolus 1. Corinth. 9. v. 7. quis militat, inquit, suis stipendiis nunquam? quis plantavit vineam, & de fructu ejus non edit? quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? Et v. 11. si nos vobis, ait, spiritualia seminavimus, magnum est, si carnalia vestra metamus: Et v. 13. nescitis, profecquitur, quoniam qui in sacrario operantur, qua de sacrificio

spoliis, edunt: & qui Altari deserunt, cum Altari participant? Ita & Dominus ordinavit, ut, quo Evangelium annuntiant, de Evangelio vivere.

Dico II. Decimæ, pro quota & decima parte fructuum formaliter spectatæ, in testamento novo sunt Juris Ecclesiastici. Ratio est: quia Jus Nature non dicitur, quæ & quanta pars determinat sit justum Ecclesiæ Ministrorum stipendium. Jus Divinum verò in antiquo testamento determinavit quidem, pro justo stipendio decimam partem, ut patet Num. 18. v. 21. Levit. 27. v. 30. Malach. 3. v. 10. at illa determinatio, cum ex Juris Naturalis dictamine non emanaverit, non erat præceptum morale, sed, ut demonstrat ex S. Thoma Clariss. P. Wex de Decim. q. 3. n. 7. judiciale, videlicet ad æquivalentem inter tribus Hebraicæ Reipublicæ servandam: adeoque cum cæteris præceptis judicialibus & cæremonialibus per Christi mortem expiravit arg. cap. un. de Purificat. post parvam. Necessum igitur erat, ut in testamento novo per Summos Pontifices, quibus Reipublicæ Christianæ supremi fauces sunt consignati, præceptum de quota Decimarum renovaretur.

Dices I. Decimæ, formaliter acceptæ, Sacerdoti Melchisedech ab Abrahamo de omnibus spoliis,

spoliis, quæ tulerat de 5. Regibus, à se devictis, sunt solutæ Gen. cap. 14. v. 20 qua de causa laudatur à D. Paulo ad Hebræos cap. 7. Sunt etiam agnitæ à Jacobo, ut liquet ex Genes. cap. 28. v. 22. & cap. decimas DEO. 6. XVI. q. 7. Sunt etiam à Gentilibus & Ethnicis receptæ, ut probat Gonzalez ad cap. cum homines 7. de Decimis num. 3. Ergo Jus debite Naturali Jure: quippe cum eò tempore & respectu harum personarum non vigerit Lex alia, quam Naturalis.

37 Resp. Decimas ab Abrahamo fuisse solutas spontaneè in signum gratitudinis; à Jacobo fuisse agnitæ & promissæ ex voto libero; à Gentilibus & Ethnicis fuisse receptas tanquam arbitrarium obsequium & gratuitam pensionem inanium Deorum, prout videre est apud cir. Gonzalez. Ergo præceptum Decimarum in sensu opposito non morale vel naturalis est.

38 Dices II. Decimæ considerantur in Jure Canonico formaliter pro quota & decima parte, atque in ea consideratione præstari jubentur, non tanquam Jure Canonico, sed Jure Divino debite cap. ad monemus 2. XVI. q. 2. cap. parochianos 14. cap. tua 25. in fine princ. cap. tua nobis 26. cap. cum non sit 33. de Decim. Ergo formaliter acceptæ debentur ex Jure Divino.

39 Resp. Decimas accipi pro quota & parte decima formaliter in Jure Canonico, earumque præstationem præcipi tanquam Jure Divino debitam, non immediate & originaliter, sed mediatè & exemplariter, in quantum à DEO solutio Decimarum antiquitus præcepta, & in Lege gratiæ à SS. Pontificibus est renovata, potestate hoc faciendi Divinitus accepta.

40 Dices III. Si Jure Veteris Legis Decimæ fuerunt debite Ministris Domini, potiori tunc Jure novioris Legis sunt debite Sacerdoti

bus: tum quia Ministri veteres erant pauciores quam novi, & tamen præter Decimas ex tot Sacrificiis habebant largiores provenus: tum quia Levitæ & Sacerdotes antiqui nec tantò indigebant studio pro suis functionibus, nec tot tantisque laboribus & curam sustinebant, sicuti Sacerdotes nostri temporis: tum quia Levitæ Mosaiici poterant ex negotiatione aliisque artibus vivere, quod Clericis Christianis est prohibitum.

Resp. ex hoc argumento solum probari, à Jure Ecclesiastico Decimas in Testamento novo justissimè renovatas & reassumptas fuisse in Testamento novo; indeque à nonnullis injustissimas moveri querelas quasi Decimæ ex studio partium à Clericis, Clericis sint inventæ: neque enim Clericorum Principes, SS. Pontifices, culpandi sunt, quòd idiplum æquissimò titulo fuerint imitati, quod à sapientissimo Numine jam antecesser in antiquo Testamento factum esse non ignorabant.

Colliges: Jus Decimandi privilegiò, consuetudine, vel præscriptione eatenus abrogari vel immutari posse, quatenus justa & congrua sustentatio Ministris Divinis non admittitur; sicut intelligendus esse textus in cap. de quare a 4. cap. ad aures 6. de Prescript. cap. commissam 4. cap. ex parte 10. cum 2. seqq. cap. cum sint 18. cap. ad Apostolica 20. cap. in aliquibus 32. in fine de Decim. Quatenus verò justa & congrua sustentatio personis Ecclesiasticis auferatur aut minuitur, sic Jus Decimandi neque privilegiò, neque consuetudine, neque præscriptione abrogari vel immutari potest per textum in cap. suggestum 9. d. 1. cap. statuto 2. §. ubi autem eod. in 6. P. Wex de Decim. quest. 3. controvers. 1. num. 22. Conferantur, quæ recentior elucubravit Illustriss. Vincentius Petra comment. Apostol. tom. 2. pag. 472. à n. 24.

SECTIO II.

De Personis, quibus Jus Decimandi competit.

SUMMARIA.

43. Jus Decimandi competit Ministris Ecclesiæ. 44. & seq. S. Pontifici. 46. & seq. Episcopo. 48. Clericis cæteris. 49. & 50. Beneficiariis & Parochiis. 51. & seq. Decimæ personales sunt solvenda Parocho domicilii. 54. & seq. Prædiales Parocho rei sitæ. 56. & 2. seqq. Animales Parochiis, ubi stabulantur & pascuntur. 59. Decimæ Novalium debentur Parocho distributis. 60. & seq. Ecclesia Baptismalis non habet jus ad Decimas. 62. Jus Decimandi potest ex privilegio competere Clericis. 63. Et Laicis. 64. & seqq. Privilegiatus potest percipere Decimas Novalium impropriè talium. 67. & seq. Non item propriè talium, si Laicus sit. 69. & seq.

Secus si Clericus sit, & privilegium sit amplum. 71. & seqq. In eadem si commune sit. 83. & seqq. Proponuntur contraria. 87. & seqq. Solvuntur. 93. Jus Decimandi acquiritur conventionione. 94. & seqq. Emphyteusive vel inferdatione. 97. Permutatione. 98. Transactione. 99. & seqq. Locatione, non autem venditione. 102. & seqq. Necessarius est consensus Superioris, ubi conventio est perpetua. 104. De Jure Laicali Decimandi remissionem. 105. Præscriptione à Laicis non acquiruntur. 106. & seqq. Sed à Personis Ecclesiasticis. 108. & seqq. Nisi sit Laicale. 110. Acquiruntur etiam consuetudine.

§. I.

Quibus Personis ex Jure Communi Jus Decimandi competat?

43 Jus Decimandi, cum spirituale sit, ex Jure Communi solis Personis Ecclesiasticis, nec quilibuscunque, sed iis competit, qui spirituale ministerium fidelibus impendunt: de his namque verificatur ille paromiz Evangelicæ: dignus est operarius cibis suis. Matth. 10. & dignus est operarius mercede sua. Luca 10. In specie

44 Competit Jus Decimandi I. respectu omnium fidelium Summo Pontifici, seu Supremo Divini Numinis in terris Ministro, omniumque fidelium Pastori & Rectori Principali juxta Clem. ult. de Decim. & Extravagant. un. eod. inter commun. ad imitationem Testamenti Veteris, in quo Num. 18. p. 26. & seqq. ex præcepto Divino Levitæ Summo Sacerdoti decimarum suarum decimarum partem solvere debebant. Interim pro sua benignitate eod, quò pollet, jure Pontifex ordinariè non utitur, nec tantum à Laicis sed à Clericis nullas exigit Decimas; nisi quòd annatas (de quibus in Lib. I. tr. de Mod. acquir. Pralat. cap. 1. n. 527.) ex Beneficiis majoribus, post novam electionem, presentationem, vel collationem soleat exigere: quamquam per non-utium jus impræscriptibile non amittat arg. l. competis 6. Cod. de Prescript. 30. vel 40. annor.

45 Competit II. Jus Decimandi Episcopis, qui non solum Decimas Ecclesiæ Cathedralis, tanquam Parochiæ immediatæ, possunt exigere, sicuti cum certa sententia tenet Moneta de Decim. cap. 7. num. 7. sed etiam quartam omnium Decimarum inferiorum Ecclesiarum partem juxta cap. conquereute 16. de Offic. Jud. Ord. cap. quoniam 13. de Decim. prætere. Card. 47 de Luca de Decim. disc. 17. Quin etiam si in loco limitaneo, de quo non constat, utrum ad aliquam Parochiam spectet, colantur prædia, Decimæ illorum solvendæ sunt Episcopo Dioceseano d. cap. quoniam 13. ubi Panormitan. num. 3. & 4. Barbosa de Offic. Parochi cap. 28. §. 2. num. 14.

46 Competit III. Jus Decimandi de Jure Communi antiquo, quò Parochiæ necdum erant divisæ, omnibus omninò Clericis cap. Decimas 1. cap. pervenit 3. XVI. quest. 7. Gonzalez ad cap. 49 cum sint 18. eod. n. 2. Jure autem posteriori, quò Parochiæ supponuntur divisæ, competit solis Clericis Beneficiatis, intra fines aliqujus Parochiæ deservientibus cap. ex parte 2. l. cap. non est 22. cap. 1. na nobis 26. de Decim. præcipue tamen Parochiis, penes quos præcipua cura, regimen, ac gubernatio Parochiæ refidet, qui proinde fundatam intentionem habent in Jure cap. cum contingat 29. cap. cum in sua 30. d. 1. cap. ult. de Paroch. cap. ult. de Restit. spol. in 6. Barbosa de Offic. Paroch. d. §. 2. 7. & seqq. Gonzalez cit. loc. P. Wex de Decim. quest. 5. num. 2. ubi adverteit, id solum exaudiendum de portione Decimarum, Parochiis debitam, non item de illa, quæ aliis Clericis est assignata.

Si quæras: cuiusnam ergo Parochia sint solvendæ Decimæ? Resp. &

Dico I. Decimæ personales sunt solvendæ Parocho, in cujus Parochia domicilium habetur. Textus in cap. in Sacris 56. XVI. quest. 1. cap. ex parte 10. cap. ad Apostolica 20. de Decim. cap. ult. de Paroch. Gonzalez ubi supra. Ratio est: quia Parochus domicilii habet obligationem curæ & ministerii spiritualis respectu omnium, domicilium in parochia obtinentium, licet fortassis parochiani non ibi, sed alibi, Sacramenta recipiant. Ergo fas & æquum est, ut habeat Decimas personales, velut emolumentum & compensationem personalem. ex lucris parochianorum. Quòd si quis in quibus Parochiis habuerit domicilium æquè Principale, inter utrumque Parochum Decimæ personales dividendæ sunt. Moneta de Decim. 7. quest. 2. num. 19. P. Friderich de Decim. num. 360.

Dico II. Decimæ reales, quæ debentur ex prædiis, solvendæ sunt Parocho, in cujus Parochia prædia sunt sita. Textus in cap. quoniam 13. cap. de terris 16. cap. cum sint 18. cap. cum contingat 29. cap. cum in sua 30. de Decim. Ratio est: quia Decimæ reales sunt onus prædiis, in divisione Parochiarum impositum juxta cap. Ecclesiæ 1. XIII. q. 1. cap. si quis laicus 42. XVI. q. 1. Ergo debentur Parocho, intra cujus limites parochiales prædia sunt sita. Gonzalez ad cit. cap. cum sint 18. d. n. 2. P. Wex cit. q. 5. n. 6.

Dico III. Decimæ reales, quæ debentur ex fœtura & nutrimentis animalium, sunt solvendæ Parocho, intra cujus fines pascentur & nutriuntur. Ita communis DD. resolutio, de qua testantur P. Wex cit. q. n. 13. P. Friderich n. 375. per cap. commissum 4. de Decim. ubi Decimæ pascuorum tribuuntur Parocho, intra cujus Parochiam sunt prædia pascuorum. Ratio est: quia Decimæ reales censentur ejusdem esse naturæ, sive debeantur ex prædiis sive ex rebus aliis ex num. 22. Ergo eadem in illis obtinet juris dispositio. Ergo debentur Parocho, intra cujus fines, dum pascentur & nutriuntur, existunt.

Si vero contingat, ut animalia pascantur in diversis Parochiis, vel in una pascantur, in altera stabulantur, inter Parochos animalium Decimæ sunt dividendæ, sicuti de Decimis personalibus in num. 53. assertum est. DD. citati.

Dico IV. Decimæ Novalium debentur Parocho, intra cujus districtum Novalia sunt. Textus in cap. quoniam 13. cap. cum contingat 29. de Decim.

Petes: an Parochus Ecclesiæ Baptismalis, si hæc distincta sit à Parochiali, possit aliquid pretendere de Decimis?

Resp. P. Wex ubi supra n. 5. 7. & seqq. negativè. Ratio est: quia textus loquuntur de Ecclesiis Parochialibus, ut patet ex num. 50.

Et,

§. II.

Quibus ex Privilegio Pontificio Jus Decimandi competat?

61 Et, si textus quidam sint, qui de Baptismali loquuntur, velut est cap. statimius 55. XVI. q. 1. possunt & debent intelligi de Baptismali, quæ simul est Parochialis arg. cap. in sacris 56. eod. quest. 1. Dissentit Illustriss. P. Petra Comment. Apost. tom. 4. pag. 286. num. 11. & seq. ac Decimas personales inter utramque Ecclesiam dividendas esse, concludit.

62 Jus Decimandi potest ex Jure speciali competere Personis aliis, quam enumeratis in præc. §. Et imprimis potest ex privilegio Pontificio competere personis Ecclesiasticis quibuscunque, Regularibus & Sæcularibus cap. ex parte 27. cap. cum in sua 30. de Decim. ita quidem, ut si Parochia quædam quoad spiritualia uniatu cuidam Monasterio vel Collegio, illud Jus Decimandi habeat in ea plenitudine & cum illis prerogativis, quibus alias habet Parochus juxta receptam opinionem, decisione Rotæ, quam refert Tamburin. de J. A. tom. 3. dec. 102. firmatur.

63 Deinde ex tali privilegio potest Jus Decimandi etiam competere Laicis ex num. 29. Neque enim excedit potestatem Pontificiam, habitare Laicos ad Jus Decimandi, non quidem directum (hoc namque in ministerio spirituali, cujus Laici absolute censentur incapaces, fundatur) sed utile arg. cap. cum Apostolica 7. in fin. de his, quæ sunt à Prælati sine cons. cap. statuto 2. §. sane & §. ult. de Decim. in 6. vel omninò Jus Decimandi ab omni titulo & Jure spirituali separare.

64 Quæstio autem est summè controversa: an, si quis Jus Decimandi obtinet ex privilegio, possit exigere Decimas Novalium, post acceptum privilegium, aperturum? Multiplices DD. sententias referre non vacat. Explicò mea sentia per distinctas assertiones, & supposità Novalium distinctione ex num. 27.

65 Dico I. Qui habet Jus Decimandi ex privilegio, potest etiam percipere Decimas Novalium improprie talem. Covarruv. præf. 99. cap. 17. n. 17. Clariss. D.P. Joannes Baptista Elberth in Bello Jurid. certam. 8. n. 10. Textus in cap. commissum 4. & cap. cum contingat 29. de Decim.

66 Dico II. Ratio est: quia, qui habet Jus Decimandi ex privilegio, habet omnem utilitatem, quæ tempore privilegii concessi est perceptibilis ex Decimis. Sed etiam ex Decimis Novalium improprie sumptorum est aliqua utilitas tempore privilegii concessi perceptibilis. Ergo &c.

67 Dico III. Si Laicus habeat Jus Decimandi ex privilegio Apostolico, nequit percipere Decimas Novalium proprie talem. Textus in cap. 124 25. §. ne occasione de Decim. Panormitan. ad cap. ex parte 27. de Decim. num. 27. Clariss. P. Eberth d. num. 7. P. Friderich de Decim. n. 390. Ratio est: quia Jus Decimandi, Laicis ex privilegio concessum, deest generat à genuina & propria natura ex n. 28.

Unde, quantum fieri potest, restringi, nec extendi solet ad alias Decimas, quam ordinarias, illas scilicet, ex quibus jam tempore

concessi privilegii quædam utilitas sperari poterat. Dico III. Si persona Ecclesiastica quæ talis 69 habeat Jus Decimandi ex privilegio Apostolico, in terminis largissimis & amplissimis concessò, potest etiam percipere Decimas Novalium proprie talem. P. Engel ad rit. de Decim. n. 9. Clariss. P. Eberth d. l. num. 12. Textus apertus in cap. ex parte 27. de Decim. Ratio est: quia privilegia Summorum Principum, saltem si personæ capaci tribuantur, sunt latissime interpretanda, præsertim si terminis largissimis sint instructa per text. in cap. cum dilecti 6. de Donat. in fin. cap. si Papa 10. de Privileg. in 6. l. ult. ff. de Constit. Princip.

Dico IV. Si persona Ecclesiastica habeat Jus Decimandi ex privilegio Apostolico, in terminis communibus concessò, potest nihilominus percipere Decimas Novalium proprie sumptorum. Ita cum Glossa & Panormit. in cit. cap. ex parte 27. n. 1. & seqq. tenuerunt plerique Veteres; quos citat Barbosa ad idem cap. n. 10. contra plerosque Recentiores, quorum non paucos allegat & sequitur. P. Friderich de Decim. n. 391. Textus in pri- 72

73 mis concludens est in cit. cap. ex parte 27. de Decim. ubi Innocentius III. Abbat. S. Columbae Seonenf. hæcce formalibus rescribit: ceteris sicuti quæ in vestigio dei tibi, quod majus est, concessum sit, ut videlicet Decimas de laboribus tuarum cum integritate percipias, de Novalibus eas exigere satis potes: quia, ubi majus conceditur, minus concessum esse videtur.

Neque respondeas I. textum hunc exau- diendum de Monasterio, cui Jus Decimandi ex Jure Parochiali ob incorporationem Parochiæ jure pleno concessum competeat, per verba cit. cap. de laboribus terra parochiarum suarum &c. Contra enim est: tum quia Mo- 74

75 nasterium, cui Parochia est incorporata pleno jure, non habet opus privilegio speciali ad hoc, ut Decimas percipere valeat ex num. 62. tum quia S. Ponifex ne fundat in incorporatione, sed generali ratione, quod ex concessione illius, quod majus est, inferat concessio alterius, quod minus est: tum quia sub ly Parochiarum convenientius intelligitur incorporatione Parochiæ jure non pleno facta, nempe cum Jure Patronatus & Jure Decimandi, veluti notantur Canonibus de Decim. cap. 11. n. 9. & P. Engel eod. rit. n. 9. in fin. Alias horum verborum explicationes suggerit Abbas in cit. cap. n. 4.

Neque respondeas II. textum recitatum 75 non fundari in privilegio quocunque, sed singulari, ac juxta num. 69. terminis & clausu- 11 2

Disputatio in...
cap. cum contingat 29. de Decim. n. 390.
Ratio est: quia Jus Decimandi, Laicis ex privilegio concessum, deest generat à genuina & propria natura ex n. 28.
Unde, quantum fieri potest, restringi, nec extendi solet ad alias Decimas, quam ordinarias, illas scilicet, ex quibus jam tempore concessi privilegii quædam utilitas sperari poterat.

lis amplissimis munitio, propter verba cum integritate &c. Nam contra est, quod S. Pontifex in ratione decidendi se non fundit in amplitudine verborum, sed generalitate regulæ, quod unâ cum majori favore censetur etiam minor indultus. Secundo pro stabilienda assertione servit textus in cap. quia circa 22. de Privileg. ubi idem Innocentius III. Londonensi Archi-Episcopo rescribit, privilegium exemptionis à solvendis Decimis, indefinitè concessum, non solum ad possessiones præsentis, sed etiam futuri temporis extendi: cum, ut inquit, laudatus Pontifex, is, qui concessit privilegium, nihil exceperit, & poterit exceperisse, ac in beneficiis plenissima sit interpretatio adhibenda, nec debeat una eademque substantia diverso jure censerî. Ergo pariter privilegium colligendi Decimas, indefinitè concessum, non solum ad possessiones seu fundos frugiferos præsentis sed etiam futuri temporis, sicut ad Decimas Novalium propriè talium, extenditur. Neque dicas I. privilegium, eximens à Decimis, esse negativum, & habere negationem absolutam de nullis Decimis solvendis; fecus ac privilegium, concedens perceptionem Decimarum, quod est affirmativum, & vi verborum solummodo dicit, privilegium posse colligere Decimas, quas modò colligere possit Parochus. Enimverò privilegium etiam affirmativum, indefinitè datum, continet affirmationem absolutam de Decimis, in Parochia colligendis; nec refert se ad præsens tempus restrictivè quoad Decimas fundorum fertiliùm: adeòque substitutio S. Pontificis in d. cap. quia circa 22. expressa, quòd, cum nihil exceptum sit, plenissima fieri debeat interpretatio, nec una eademque substantia diverso jure censerî. Neque dicas II. privilegium exemptionis à Decimis non solvendis minus præjudicium afferre Parocho, quàm privilegium concessionis de percipiendis Decimis. Siquidem majus vel minus præjudicium non invertitur naturam privilegii & rationem Pontificiam in cit. cap. assignatam; præsertim cum in casu illius textûs Archi-Episcopus Londonensis ex privilegio, à suo Antecessore concessò, non senserit modicum damnum: eò quòd Monachi Omnium Sanctorum ab omnibus Decimis fuerint exempti. Tertio probatur superior assertio ratione: partim quia, dum Jus Decimandi personis Ecclesiasticis conceditur, conceditur in illa qualitate & quantitate, quâ pollet de Jure Communi; atqui de Jure Communi qui potest percipere Decimas ordinarias, potest etiam percipere extraordinarias, seu Decimas Novalium ex num. 59. ergo &c. partim quia in concessione Decimarum comprehenditur omne emolumentum, quod Decimarum nomine continetur: sed Decimarum nomine comprehenduntur Decimæ præsentis & futuri temporis seu Novalium arg. d. si servimus 23. in pr. ff. de S. P. U. l. ult. Cod. qua res pignori &c.

Fagnanus in cap. cum contingit 29. de Decim. n. 9. & seqq. ergo &c. Propugnatores oppositi dogmatis opponunt sequentia argumenta. I. opponunt cap. tua 25. §. ne occasione de Decim. ubi prohibetur, ne occasione decimationis antiqua, licet in futurum Decima sint concessa, Decima Novalium usurpentur, cum in talibus non sit extendenda licentia, sed potius restringenda. II. opponunt cap. sta 84. tit. 2. §. ult. d. l. i. in 6. ubi similiter vetatur, ne Religiosi, qui omnes majores Decimas vel partem illarum possident, pro eadem vel simili parte Decimas Novalium, postea exurgentium, petere vel percipere presumant. III. 85. opponunt ex eod. cap. statum 6. statum 6. &c. quòd, si etiam expressum sit privilegium, percipiendi Decimas Novalium, illud ad medietatem duntaxat intelligatur concessum, licet privilegium tempore concessionis Decimas Ordinarias cum integritate colligere poterit. IV. opponunt cap. dudum 31. de Privileg. ubi supponi videtur, privilegium veterum Decimarum, absque speciali mentione novarum, ad Novalia non extendi. V. 86. opponunt rationem, quòd privilegium odiosum, ac vergens in præjudicium tertii, quale est privilegium Decimarum, tendens in præjudicium Parochorum, non extendi sed restringi debeat. Verum non deest responsio, quâ diluantur argumenta, mox opposita. Ad I. textum ex cap. tua 25. de Decim. Resp. ibidem agi de Decimis, Laico concessis, quæ, cum ex persona accipientis, tanquam ex se incapaces, sint odiosæ, ac degenerent à sua natura & primævo instituto, non includunt jus percipiendi Decimas Novalium, juxta n. 67. & seq. Ad II. textum Resp. ibidem denuò sermo nem esse de Decimis, non ex privilegio, sed ex manibus Laicorum acquisitis; nec tamen Decimas Novalium absolutè excludi, sed tunc solum, si alia causa rationabilis non subdit; qualem respectu Religiosorum, Jus Decimandi habentium, putat P. Engel ad tit. de Decim. sub n. 9. sufficientem esse, si Sacramenta fidelibus administrent. Ad III. textum Resp. dispositionem illius §. statum 6. procedere, quando non relinquatur Parocho congrua sustentatio, propter verba in tam grave præjudicium Ecclesiarum præjudicium &c. Et, licet ibidem dicitur Cisterciensibus & Cartusianis eò statuto non comprehendendi, cum tamen & illi congrua sustentatio Parochi nequeant præjudicare nihilominus quia congrua sustentatio non consistit in indivisibili, sed recipit magis & minus, alique civilis, alia naturalis dicitur hinc inconcussa manet data responsio, eaque inter Cisterciensibus & Cartusianis nec non alios privilegiatos servatur differentia, quòd ab his congrua sustentatio in terminis latioribus; ab illis in angustioribus relinqui debeat. Ad IV. textum, in quo unus & alter ex 91. Authoribus adversis Achillem ponit, Resp. illum

illum vagari prorsus extra oleas: non enim proponitur in eo privilegium colligendi Decimas, sed privilegium exemptionis à solvendis Decimis Novalium; quod propterea nequit in terminis illius cap. ad Decimas Novalium extendi, qui in earum colligendarum possessione privilegii impetrati tempore non existerat ipse Parochus, sed Religiosi quidam, de quibus in privilegio non erat expressa mentio: haud namque præsumendum est, voluisse S. Pontificem quemquam à speciali possessione juris spiritualis per concessionem novi privilegii deturbare, quin faciat mentionem de illo per cap. licet 1. de Constitution. in 6. Ad rationem Resp. negandò suppositum, quòd in præsentì fiat extensio privilegii: nam potius dicendum est, quòd fiat comprehensio, quatenus privilegium Decimandi, sine limitatione concessum, juxta num. 82. non tantùm præsentis sed etiam futuras Decimas comprehendit, ac in persona capaci non odium sed favorem meretur. Neque refragatur præjudicium Parochi: 93. supponitur enim, quòd vel tempore impetrati privilegii non adfuerit Parochus; vel, si adfuerit, illius sit facta mentio quoad Decimas ut sic & in genere concessas. Ut nihil memorem, personas Ecclesiasticas, quibus juxta num. 88. saltem aliqua Decimarum pars debetur, si functiones quasdam beneficiales obeant, mereri favorem, & latam privilegiorum interpretationem. De cætero hæc & similia argumenta sunt æquè solvenda Authoribus adversæ sententiæ, qui cum cit. P. Friderich in num. 159. defendunt, privilegium exemptionis à Decimis extendi ad Decimas Novalium. §. III. Quibus & quomodo Jus Decimandi per conventionem possit competere? Jus Decimandi potest aliquando per conventionem aliquibus competere; cujus conventionis species potissimum sunt emphyteusis, feudum, permutatio, transactio, venditio, locatio, &c. Per feudum & emphyteusim olim Jus Decimandi utile à directo separari, ac cum debitis solemnitatibus etiam Laico poterat concedi per textum in cap. cum Apostolica 7. in fin. de his que sunt à Prælat. sine conf. cap. tua 25. §. ne occasione cap. dudum 31. de Decim. cap. statuto 2. §. sanè eod. tit. in 6. At per Concil. Lateranense sub Alexandro III. Anno 1179. celebratum, cujus sit memoria in cap. Decimas 1. XVI. q. 7. cap. prohibemus 19. de Decim. vel jam antea per Concilium Turo-nense, sub Urbano II. Anno 1096. habitum, quod nonnihil attingitur in tit. 6. in pr. Fend. 1. prohibutum est, ne deinceps Laicis Jus utile Decimandi detur in feudum aut emphyteusim. Unde jam unanimes ferè consensus est apud Canonistas, Laicos esse incapaces Juris Decimandi utilis per textum in cap. causam 7. de Prescript. cap. quamvis 17. de Decim. Quò tamen non adfervante, potest Jus Decimandi utile personis Ecclesiasticis, servatis de Jure servandis, in feudum aut emphyteusim concedi: quippe quibus ipsum etiam Jus directum concedi valet. Per contractum permutationis Jus Decimandi unius Ecclesiæ cum Jure Decimandi vel alio simili Jure spirituali alterius Ecclesiæ permutari posse, deducitur ex cap. ad questiones 6. de Res. perm. Transactio Jure Decimandi acquiritur, si vel inter litigatores dividatur, vel alio simili spirituali Jure compensetur juxta textum in cap. statum 2. cap. veniens 8. de Transact. ubi P. normit. n. 1. & seqq.


limitatione concessum, juxta num. 82. non tantùm præsentis sed etiam futuras Decimas comprehendit, ac in persona capaci non odium sed favorem meretur. Neque refragatur præjudicium Parochi: 93. supponitur enim, quòd vel tempore impetrati privilegii non adfuerit Parochus; vel, si adfuerit, illius sit facta mentio quoad Decimas ut sic & in genere concessas. Ut nihil memorem, personas Ecclesiasticas, quibus juxta num. 88. saltem aliqua Decimarum pars debetur, si functiones quasdam beneficiales obeant, mereri favorem, & latam privilegiorum interpretationem. De cætero hæc & similia argumenta sunt æquè solvenda Authoribus adversæ sententiæ, qui cum cit. P. Friderich in num. 159. defendunt, privilegium exemptionis à Decimis extendi ad Decimas Novalium.

§. III.

Quibus & quomodo Jus Decimandi per conventionem possit competere?

Jus Decimandi potest aliquando per conventionem aliquibus competere; cujus conventionis species potissimum sunt emphyteusis, feudum, permutatio, transactio, venditio, locatio, &c. Per feudum & emphyteusim olim Jus Decimandi utile à directo separari, ac cum debitis solemnitatibus etiam Laico poterat concedi per textum in cap. cum Apostolica 7. in fin. de his que sunt à Prælat. sine conf. cap. tua 25. §. ne occasione cap. dudum 31. de Decim. cap. statuto 2. §. sanè eod. tit. in 6. At per Concil. Lateranense sub Alexandro III. Anno 1179. celebratum, cujus sit memoria in cap. Decimas 1. XVI. q. 7. cap. prohibemus 19. de Decim. vel jam antea per Concilium Turo-nense, sub Urbano II. Anno 1096. habitum, quod nonnihil attingitur in tit. 6. in pr. Fend. 1. prohibutum est, ne deinceps Laicis Jus utile Decimandi detur in feudum aut emphyteusim. Unde jam unanimes ferè consensus est apud Canonistas, Laicos esse incapaces Juris Decimandi utilis per textum in cap. causam 7. de Prescript. cap. quamvis 17. de Decim. Quò tamen non adfervante, potest Jus Decimandi utile personis Ecclesiasticis, servatis de Jure servandis, in feudum aut emphyteusim concedi: quippe quibus ipsum etiam Jus directum concedi valet. Per contractum permutationis Jus Decimandi unius Ecclesiæ cum Jure Decimandi vel alio simili Jure spirituali alterius Ecclesiæ permutari posse, deducitur ex cap. ad questiones 6. de Res. perm. Transactio Jure Decimandi acquiritur, si vel inter litigatores dividatur, vel alio simili spirituali Jure compensetur juxta textum in cap. statum 2. cap. veniens 8. de Transact. ubi P. normit. n. 1. & seqq.

Quoad venditionem aut locationem Juris Decimandi sciendum est, illud, si directum sit, nec personæ Ecclesiastica, nec Seculari vendi aut locari posse: cum res & jura spiritualia nec mercedem nec pretium, citra Simoniam vitium, admittant per cap. ult. de Pall. & cap. ult. de Res. perm. Quoad Jus utile constat similiter, illud Laicis vendi non posse: quandoquidem eadem vel major ratio pugnat contra venditionem quàm in feudationem vel emphyteusim. Quòd autem locari possit non tam formaliter quam materialiter & quoad fructus consideratum, textus est in cap. vestra 2. de Locato & conducto. Quantum ad modum recensitorum tractatum, dispiciendum est, an Jus Decimandi spectetur Ecclesiastica, nec Seculari vendi penes Ecclesiam Parochialem; vel utrùm spectetur actualiter & personaliter, quatenus est penes Parochum aut alium Decimatore singularem. Priore casu sunt observanda, quæ aliàs in alienatione rerum & jurium Ecclesiasticorum observari solent, de quibus in p. 2. cap. 4. à n. 75. per textum in cap. de cetero 5. & cap. veniens 8. de Transact. Posteriore casu liberè potest alienari usque ad tempus, quò Parochus vel Decimator singularis vivit, sic tamen, ut successor in Beneficio non teneatur stare conventioni antecessoris argum. cit. cap. de cetero 5. & cap. veniens 8. de Transact. v. 1. §. 1. a. v. 1. 651. Quid de Jure Decimandi Laicali sentiendum sit, constabit ex iis, quæ in Lib. I. tract. de Prescript. cap. 4. num. 377. & seqq. conscripta sunt, quòd nempe, cum penitus à qualitate spirituali prævium sit, liberè veniat in commercio humanum.



§. IV.

An & quomodo Jus Decimandi possit acquiri Prescriptione?

105 **C**um de materia Prescriptionis circa ipsum Jus Decimandi jam fusè egerim in cit. tr. cap. 4. à n. 358. nil jam amplius repetere, sed breviter reassumere volo, quòd Laici non possint præscribere Jus Decimandi Ecclesiasticum, directum vel utile etiam tempore immemoriali per cap. causam 7. de Prescrip. licet, si tantò tempore sint in quasi-possessione, debeant manuteneri. Rota Rom. in rec. p. 15. dec. 57. n. 8. Vincent. Petra Comment. 106 **A**post. 191. 4. pag. 296. à n. 27. Ecclesiastici possunt præscribere Jus Decimandi contra Parochum & Ecclesiam Parochialem (etiam Monasterio vel Collegio unitam) eum titulo 40. annis, & sine titulo tempore immemoriali propter Juris resistentiam cap. 107 **E**piscopum 1. de Prescrip. in 6. Contra aliam Ecclesiam non-parochialem, ob detectam resistentiam Juris, sine titulo 40. annis; & contra personam singularem cum titulo decem annis inter presentes & viginti inter absentes, sicut in aliis Juribus incorporalibus

accidit, præscribitur d. cap. Episcopum & l. ult. Cod. de Prescrip. longi temp.

Dixi: Jus Decimandi Ecclesiasticum à Laicis præscribi non posse. Aliud siquidem in eodem tract. num. 377. & seqq. conclusum erat de Jure Decimandi Laicali, in ejus præscriptione, cum laicus non sit incapax possessionis, nullum patitur obstaculum. Ex quo 109 consequitur, quòd, sicuti Jus tale pro laicali & profano habetur, sic etiam quoad tempus & titulum idipsum requiratur & non plus, quod requiritur in præscribendis aliis Juribus profanis. Vide cit. tractat. cap. 5. num. 598.

Consuetudine quoque Jus Decimandi Ecclesiasticum acquiri posse, non quidem à Laicis (quibus SS. Canonibus ex antea didicis fortiter adversantur) sed à Clericis, colligitur ex cap. cum sint 18. & cap. cum contingat 29. d. 1. & constat ex æquiparatione consuetudinis & præscriptionis in ordine ad acquisitionem in Lib. I. cit. tr. in pr. insinuat.

SECTIO III.

De Personis, à quibus Decima sunt solvenda.

SUMMARI A.

111. & seq. Enumerantur personæ, ad Decimas obligatae. 113. Judæi obligantur ad Decimas reales. 114. & seqq. Non autem ad personales. 117. Hæretici tenentur ad omnes. 118. & seq. Agitur de Clericis. 120. & seqq. De Religiosis. 127. De aliis. 128. & seqq. De conductoribus & locatoribus prædiorum. 136. Attingitur questio de possessore, num solvere teneatur Decimas antecessoris? 137. & seqq.

Ponuntur rationes affirmandi. 140. & seqq. Adducuntur rationes negandi. 143. & seqq. Satisfit prioribus. 148. & seqq. Exemptio à Decimis acquiritur privilegio. 151. & seqq. Conventione. 153. & seqq. A Superiore, si perpetua sit, confirmata. 156. & seq. Que etiam compensationem pecuniariam recipit. 158. & seq. Acquiritur etiam consuetudine; & 160. & seqq. Prescriptione.

§. I.

Quenam Personæ ad Decimas solvendas sint obligatæ?

111 **D**E Personis, ad Decimas solvendas obligatis, ponenda est regula, quòd personales reddere teneantur omnes, quotquot ab aliqua Ecclesia Parochiali recipiunt Sacramenta. Textus in cap. ad Apostolica 20. cap. ex 112 **T**ransmissa 23. cap. pastoralis 28. de Decim. Decimas reales præstare tenentur, qui fundos aut res alias frugiferas possident intra fines alicujus Parochiæ cap. commissum 4. cap. nuncios 6. cap. dilecti 8. cap. de terris 16. cap. ex parte 21. & passim d. 1. cap. ult. de Parochiis. 113 **I**n specie tenentur Decimas reales solvere Judæi & cæteri infideles, si possideant fundos aut res, de quibus antecederent, antequàm ad illos pervenerunt, à Christianis Decimæ sunt solutæ d. cap. de terris 16. de Decim. cap. 114 **Q**uamvis amplius 18. de Usur. Decimas verò personales, cum Sacramenta non recipiant ab Ecclesia, nec illius Jurisdictioni sint subditi, solvere non obligantur arg. ex cap. ex trans-

missa 23. in v. fidelis homo de Decim. & cit. textibus deducit. Gonzalez ad cit. cap. de terris num. 2.

Ne putes: Judæos & infideles ad Decimas personales ex duplici capite obstringi: partim quia est obligatio naturalis, Parochum & Ecclesiæ Ministros alere: partim quia, si cum Christianis habitent, impediunt, quò minus plures ex Christianis ibidem habitare, & Decimas personales solvere valeant. Nam, 116 quod attinet prius asseritum, non stringuntur infideles, alere Parochum Christianum, à quo ministerium spirituale non percipiunt. Quod concernit secundum, incertum est, utrum Parochis fiat præjudicium, si cum Christianis habitent infideles: nam etiam permulsi ex Christianis questum vel negotiationem, ex qua Decimæ personales solvuntur, nullam exerceant. Unde non potest ex incerto fundamentò erui certa obligatio. Videatur

Quis teneatur solvere Decimas ex prædio locato; locator, an conductor? 455

tur P. Friderich de Decim. numer. 65. & 67.

117 **I**l. tenentur hæretici pendere Decimas reales & personales, utpote cum Ecclesiæ Catholice subjeçti teneantur agnoscere constitutiones, de Decimis promulgatas, ac Sacramenta à Ministris Catholicis (quorum etiam multos sustentat Ecclesia ad convertendos hæreticos) recipere, licet ex sua contumacia & pertinacia nec Ecclesiam Catholicam nec ejus Ministros reverentur. P. Friderich cit. l. n. 72. & seqq.

118 **I**ll. tenentur ipsimet Clerici, etiam curati (si penes alium existat Jus Decimandi) Decimas reales solvere tam ex fundis patrimonialibus quàm beneficialibus, si prius, quàm ad Ecclesiam devenierint, onere Decimarum fuerint affecti per textum in cap. si quis laicus 42. & 2. seqq. XVI. q. 1. cap. novum genus 2. de Decim.

119 **I**bi Gonzalez n. 2. Decimas verò personales, ex lucris temporalibus oriundas, tenentur quidem solvere Clerici non-curati Parochi, à quo Sacramenta ex officio percipere debent; ipsi verò Parochi & cæteri Clerici curati, cum à nemine ex officio pastoralis suscipiant Sacramenta, ad nullas Decimas personales obstringuntur arg. d. cap. novum 2. de Decim. Gonzalez d. l. Magnif. D. P. König ad eund. tit. num. 7. P. Pirhing ibid. n. 42. P. Wex de Decim. q. 4. num. 14. & seqq. Schambogen num. 25.

120 **I**l. tenentur etiam de Jure Communi Religiosi solvere Decimas reales, si exempti sint à Jurisdictione Episcopi, sive non cap. commissum 4. d. 1. cap. statuto 2. §. eorum eod.

121 **I**n 6. Per privilegium tamen, in Corpore Juris Communis clausum, Cisterciensibus, Templariis, & Hospitalariis est concessum,

quòd sint immunes à Decimis de prædiis, quæ propriis sumptibus aut laboribus colunt cap. ex parte 10. d. 1. Ne tamen occasione talis privilegii aliæ Ecclesiæ prægraventur, in cap. nuper 34. d. 1. constitutum est, ut de alienis terris & amodo acquirendis etiam hæc propriis manibus aut sumptibus excolant, decimas persolvant Ecclesiis, quibus ratione prædiorum antea solvebantur.

Aliis verò indultum est, quòd nec personales Decimas, nec reales de Novalibus, quæ propriis manibus vel sumptibus colunt, uti nec illas, quæ percipiuntur ex hortis & nutrimentis animalium, præstare obstringantur cap. decimas 47. XVI. quæst. 1. d. cap. ex parte 10. Clem. Religiosi 1. eod. tit. P. Wex d. l. num. 21. Vincentius Petra Commentar. Apostol. pag. 476. à n. 53.

Sed hoc intelligitur de Novalibus propriè talibus: si enim Novalia sint improprie talia, Religiosi, qui Decimas antea solvebant in alia specie fructuum, modò in specie mutata solvere tenentur. Rota Rom. in rec. p. 1. decif. 223. n. 1. Petra d. l. n. 23. & seq. & num. 63. Quamquam, si prædium antea ex majori parte fuerit sterile, & postea fecundum redditum, Decimæ solvi non debeant. Petra pag. 479. n. 65. Videatur etiam Card. de Luca de Decim. dist. 4. per tot. Alia privilegia specialia, Canonici Regularibus S. Salvatoris & Societati JESU cum omnimoda exemptione à Decimis concessa, recenset P. Friderich d. l. n. 230. & seq.

V. obligantur tam plebei quàm magnates, cum divites, tum pauperes, in gravi necessitate & egestate non constituti per textum in cap. si quis laicus 42. XVI. q. 1. Extravag. nn. de Decimis inter commun. Gonzalez ad cap. commissum eod. n. 7. P. Wex de Decim. q. 4. n. 6. & plur. seqq.

§. II.

Quis teneatur solvere Decimas ex prædio locato; locator, an conductor?

128 **O**btectum apparentem inter se pugnam oportet in hac questione varios casus distinguere. I. est, quando conductor prædii est colonus paritarius seu mediarius, seu quando fructus inter ipsum & locatorem dividuntur, vel pro media vel pro tertia parte.

129 **Q**uò casu, cum uterque locator & conductor, fructus percipiat, uterque pro rata fructuum tenetur dare Decimas per textum in cap. à nobis 24. cap. tua nobis 26. §. & cum de censuris & c. de Decim.

130 **I**l. casus est, quando colonus seu conductor percipit omnes fructus, & pro mercede solvit locatori pecunias aut aliquid de fructibus; & tunc onus solvendi Decimas afficit solum conductorem, utpote qui solus colligit fructus, & mercedem, quæ propter hoc ipsum onus solet constitui in minori quantitate, reddit locatori in compensationem usque per cap. dilecti 8. d. 1.

131 **I**ll. casus est, quando fructus ad locatorem seu dominum prædii pertinent, & conductor solummodò conducit prædium ad illud excolendum, pensione quâdam pecuniaria à do-

mino accepta; in quo eventu solus dominus seu locator prædii Decimas solvit, seu onus, fructibus annexum cap. licet 11. cap. cum non sit 33. Clem. Religiosi 1. de Decim.

Conferantur Panormit. ad d. cap. tua nobis 26. Gonzalez ad d. cap. à nobis 24. Canif. de Decim. cap. 4. à n. 2. & 5. Zoëstus ad d. tit. n. 62. Pirhing ib. n. 48. P. Wex d. l. n. 24. P. Friderich n. 117. & seqq.

Petes: an, si Dominus fundi sit exemptus ab obligatione Decimarum, sic etiam exemptus conductor fundi in casu, quò juxta n. 130 alius teneretur ad Decimas?

Videatur respondendum negativè per textum in cit. Clem. Religiosi 1. de Decim. & cit. cap. licet 11. eod. Verùm Gonzalez ad cap. commissum 4. d. 1. n. 9. circa fin. distinguit inter privilegium reale & personale: in privilegio personali admittit hanc responsonem negativam; non item in privilegio reali. Quòd nam verò sit privilegium reale vel personale, ex verbis privilegii judicandum esse cum Francisco Leone thessauri fori Ecclesiæ parte 2. cap. 12. num. 62. monet P. Friderich num. 126.

§. III.

An Successor in fundo teneatur ad Decimas, ab Antecessore non solutas?

136 P One, Titium Sempronio vendidisse fundum Cornelianum, ex quo per 3. aut 4. annos Decimas nunquam solverat: controversia, magnis DD. studiis ventilata, consurgit: an Decimæ, per 3. aut 4. annos à venditore Titio non solvæ, possint ab emptore & successore Sempronio repeti?

137 Ratio affirmandi est I. quia de tributis in l. Imperatores 7. in pr. ff. de Publican. & Veltigal. l. pradiis 36. ff. de F. E. l. cum possessor 5. §. ult. ff. de Censib. est constitutum, quod repeti possint à successore, si ab antecessore non fuerit solvta. Atqui Decimæ sunt tributa, DEO in recognitionem universalis domini reservata cap. tua nobis 26. cap. cum non sit 33. de Decim.

138 Ergo &c. II. quia in d. cap. cum non sit 33. ordinatur, solutionem Decimarum ante solutionem tributorum exigi, aut saltem ab iis, ad quos tributa veniunt indecimata, repeti posse, ex ea ratione, quod res quælibet transeat cum suo onere. Adeoque poterunt etiam Decimæ repeti à quovis possessore fundi, utpote cum non aliter quam cum suo onere transferatur.

139 III. quia fundus decimabilis in securitatem Decimarum videtur habere tacitam hypothecam annexam, cum qua transeat ad omnes possessores per cap. ex litoris 5. de Pignor. Sicuti fundus mariti in securitatem acceptæ dotis habet annexam hypothecam tacitam, cum qua transit ad omnes possessores l. un. §. 1. Cod. de R. U. A. Itaque ratiocinantur & sentiunt cum pluribus aliis Panormitan. in cap. cum homines 7. de Decim. cap. 6. num. 19. Honor. ad tit. de Decim. n. 29.

140 Ratio negandi est I. quia successor singularis, qualis est emptor, non tenetur solvere debita, ab antecessore contracta, tamen si debita fuerint suo modo realia: neque enim is, cui prædium, habens annexum ulum fructum, est venditum, tenetur usufructuario solvere fructus, quos venditor antehac non solverat. Ergo pariter successor singularis in fundo Decimas solvere non tenetur, quas antecessor solvere debuisset.

141 II. quia onus solvendi Decimas ex num. 9. non est absolute reale, prædium quæ tali inhæret, sed est onus reale mixtum, prædium quæ frugifero, cum ordine & respectu ad fructus, quot annis nascentes, impositum per cap. non est 22. cap. ex transmissa 23. cap. pastoral. 28. cap. non sit 33. de Decim. nam si vel nulli fructus ex prædium nascantur, vel nascantur quidem, sed à colono percipiuntur, dominus prædii nullas solvere Decimas obligatur ex n. 138. Ergo onus solvendi Decimas non afficit emptorem seu successorem singularem quoad Decimas præteriti temporis, ab antecessore non solutas: supponitur namque, quod pro illo tempore fructus nulli ex fundo percepit.

142 III. quia in oneribus & obligationibus adstruendis non tantum non liberales esse, sed etiam, si unus certet de damno & alter de lucro, illi potius quam illi favere debemus. Atqui obligatio solvendi Decimas præteriti temporis est ingens onus, & potest nonnunquam, si pluribus annis solvta non fuerint, adæquare vel excedere estimationem fundi; & in casu præteriti decimator certat de lucro, & possessor de damno. Ergo possessori non debemus onus adstruere, sed potius illi quam decimatori favere. Atque hæc sententia defenditur à Canisio de Decim. cap. 4. n. 3. Zoëlio ad tit. de Decim. n. 26. Pirhing ibid. num. 116. Schambogen num. 51. P. W ex de Decim. quest. 4. contrrov. 2. num. 15. P. Friderich à n. 133.

Recipiendò posteriori sententiam, ceuti 143 probabiliorè, ad I. rationem contrariarum Resp. I. negandò minorem, quod Decimæ, si velimus propriè loqui, tributa sint: partim quia non dantur Principi ad sustinenda & servanda communia Republicæ onera, sed dantur Ecclesiis ad alendos & sustentandos ejus Ministros, factà relatione ad DEUM, cuius est supremum terræ fructuumque dominium diversæ rationis à dominio mortalium: partim quia in tributis non facillè datur præscriptio per l. competis 6. Cod. de Præscript. 50. vel 40. annor. sicut in Decimis cap. de quarta 2. cap. ad aures 6. de Præscript. partim quia Decimæ sunt instar eleemosynæ alteriusve oblationis & præstationis piæ, quæ nomine tributi propriè talis non continentur.

Resp. II. diversam esse rationem tributorum & Decimarum: nam tributa sunt onus absolute reale, debentque præstari, si vel aliquod natum fuerit ex prædiis sive non: Decimæ verò non sunt onus absolute reale sed quasi-mixtum, nec præstantur, ubi fructus non habentur ex n. 132.

Si dicas: Ecclesiam gaudere favoribus si- 145 sei. Resp. gaudere, si eadem sit ratio fisci & Ecclesiæ, nec magnum vertatur tertii præjudicium, uti hic: sic enim causæ piæ favenda est, uti alteri non fiat injuria, prout ex Everhar- do in Locis legal. loco 58. n. 5. arg. cap. ex tenore 11. de Foro compet. advertite citatus P. W ex num. 15.

Ad rationem II. Resp. negandò conseq. 146 Ideò enim Decimæ repeti possunt ab illis, qui accipiunt tributa indecimata quia in illis continentur fructus decimabiles pro anno, quod Decimæ sunt debita. Ergo cum in nudis prædiis non continentur fructus decimabiles pro annis præteritis, quibus erant debita, à prædiorum possessoribus repeti non possunt.

Ad rationem III. Resp. hypothecas tacitas esse privilegium legale, sine textu expresso non adstruendum, hic præsertim, ubi dispar occurrit ratio, dum in fundis decimabilibus Ecclesia aliunde habet jus reale quasi-usufructus, & in fructibus inde separatim ac in decima-

tis con-dominium: cum uxor econtra in hypothecam, obtineat. Adeoque non rectè statuitur.

§. IV.

Quot modis acquiratur exemptio à solvendis Decimis?

148 Exemptio à solvendis Decimis acquiritur I. privilegio Pontificiò juxta cap. commissum 4. cap. ex parte 10. de Decimis. Idque privilegium, si noscatur indefinite concessum esse, non solum eximit à Decimis ordinariis, sed etiam extraordinariis seu Decimis Novavium arg. d. cap. ex parte 10. & cap. ad audiendam 12. d. 1. cap. quia circa 22. de Privileg. Fagnanus in cap. cum contingat 29. d. 1. num. 9. Zoëli. eod. tit. n. 59. Pirhing num. 103. Schambogen num. 39. P. Friderich num. 159 & seqq.

149 Nec tantum eximit à Decimis de prædiis, modo possessis, sed etiam imposterum acquirendis & possidendis d. cap. quia circa 22. de Privileg. P. Friderich d. l. n. 204. & seqq. Imò etiam eximit à Decimis prædiorum, quæ conductæ vel in feudum aut emphyteusin accepta sunt, si privilegium sit generale arg. d. cap. Secus, si privilegium sit speciale, atque ad prædia propria restrictum: tunc enim ad conductæ, saltem non extenditur cap. dilecti 8. de Decim. Videantur Panormit. ibid. num. 1. Friderich à num. 209.

150 II. acquiritur exemptio à Decimis conventionio: quæ vel temporalis est vel perpetua. Si temporalis sit, atque ad vitam Decimatoris singularis, v. g. Parochi, extensa, potest fieri à solo Parocho vel simili Decimatore singulari per textum in cap. de cetero 5. cap. veniens 8. de Transact. Neque enim tunc agitur de alienando Jure Ecclesiæ, sed de commodo & emolumento Decimatoris, cuius ille moderator est & arbiter l. in re mandata 21. Cod. Mand. Sin conventio fiat in perpetuum & ultra Decimatoris vitam, desideratur autoritas Superioris Ecclesiastici per textum in d. cap. de cetero 5. cap. veniens 8. cap. statutus 2. de Transact. cap. ex multiplici 3. de Decim. tum quia non potest antecessor in Beneficio suum obligare successorem: tum quia in effectu remittitur Jus Ecclesiæ, ad quam remissionem, velut speciem alienationis, requiritur autoritas Superioris per cap. ult. de Reb. Ecclesiæ non alienand. in 6.

151 Cujus autem Superioris autoritas sit necessaria, solius Episcopi, vel Summi Pontificis? Variant Jura; pro quorum confederatione distinguendum est, an remissio sit purè gratuita, nec ne. Si gratuita sit, autoritas Pontificia postulat d. cap. veniens 8. de Transact. ubi Barboza n. 2. cap. venerabilis 8. de Confirmat. utili vel inuti. Moneta de Decim. cap. 5. num. 135.

152 P. Friderich n. 316. Si non gratuita sit, sed interveniat aliqua transactio, permutatio, compensatio &c. solius Episcopi sufficit autoritas d. cap. statutus 2. de Transact. cap. ex multiplici 3. de Decim. Moneta d. l. n. 124. P. Friderich n. 317. Ratio diversitatis est: quia in priori casu vinculum Juris absolute tollitur, solvitur obligatio solvendi Decimas, & veritè P. SCHMIDT JURISPR. CAN. CIV. TOM. II.

simâ peragitur alienatio; & cujusmodi negotia nullus alius confirmare potest, ac qui supra Jus est. In posteriori casu nec vinculum Juris absolute tollitur, nec solvitur obligatio solvendi Decimas, sed potius alteratur, siquæ confirmatio, propter moderatam præjudicii, non videtur Summo Pontifici reservata.

153 An ergo, quaritas, sic fieri potest compensatio non gratuita super Decimis, ut pretium aliave res temporalis interveniat?

Resp. sententiam affirmativam contra Canisium de Decim. cap. 17. num. 18. in fin. & alios securè in usum deduci posse. Ita Moneta de Dec. d. l. n. 130. P. Engel ad tit. de Decim. n. 16. P. Friderich num. 324. Ratio est: quia obligatio solvendi Decimas non est jus spirituale, sicut ipsa facultas colligendi Decimas; sed est obligatio purè temporalis, habens pro objecto aliquid merè temporale seu fructus decimabiles: cæterò quoniam onus decimandi neque prædiis potuisset imponi, neque personis laicorum inhærerè, neque per transactionem vel compensationem quoad Decimas præteriti temporis remitti; quod tamen, ut puta, nullus Canonistam admittit. Ergo nil officit, quò minus in transatione super Decimis non-solvendis compensatio pecuniaria vel alia res temporalis intervenire queat.

154 III. acquiritur exemptio à Decimis consuetudine legitime introducta cap. commissum 4. cap. cum sint 18. cap. ad Apostolica 20. cap. in aliquibus 42. de Decim. in quibus textibus SS. Pontifices consuetudinem circa Decimas præteritis inspicere & servari volunt. Eaque ex causâ pluribus in locis factum est, ut obligatio solvendi personales Decimas penitus cessaret; ut cum aliis testatur Magnific. D. P. König ad tit. de Decim. n. 3.

155 Quamvis alii opinentur, eandem obligationem, cum admodum varia & incerta sit, in aliam fuisse transfusam; ac in specie illius loco tempore parochiali pro confessione dari aliquem censum vulgò Beshing & post mortem augeri portionem funerariam seu mortualem. P. Engel ad tit. de Sepultur. num. 16. P. Wiestner ibid. n. 43. in fine.

156 IV. exemptio à Decimis acquiritur præscriptio, non tantum à personis Ecclesiasticis, sed etiam à Laicis: eò quod illa exemptio, sicuti in num. 157. monitum; non sit aliquid spirituale, nec ipsum Jus, in Decimatore existens, transferatur in exemptum, sed potius in Decimatore perimitur, veluti perimuntur cætera jura, quibus privativè præferuntur. Recapitulatur dicta in Lib. I. tract. 2. cap. 4. à num. 417.

157 Requiritur equidem hi & alii Authores ad præscribendam exemptionem contra Ecclesiam Parochialem tempus 40. annorum eundem titulum.

titulo, vel, deficiente titulo, tempus immemorabile per textus in *cap. auditis 15. de Prescript.*
 162 *cap. Episcopum 1. eod. in 6.* Verum huic placito non possum adijcere meum calculum: immunitas siquidem à solvendis Decimis non acquiritur præscriptione positiva, de qua citati textus loquuntur; sed præscriptione privativa, ad quam, sicut nulla possessio, sic nullus

titulus exigitur; sed, si contra Ecclesiam tendat, solum tempus 40. annorum est necessarium *arg. cap. de quarta 4. de Prescript.* Repe-
 te *cit. tract. cap. 5. n. 243.* Quod si contra personam singularem, Clericum aut Laicum, tenderet præscriptio, solò lapsu decennii inter præsentem contentum forem *arg. l. pen. §. 1. Cod. de Usufr. & l. ult. Cod. de Prescript. longi temp.*

SECTIO IV.
 De Objecto Juris Decimandi.

SUMMARI A.

164. Objectum Juris Decimandi sunt fructus ex rebus. 165. Quales natura profert. 166. & seqq. Qui in ipsis agris decimari possunt. 169. Sunt etiam lucra ex industria persona. 170. & seq. Licetè acquisita. 172. Quorsum non pertinent contractus onerosi. 173. & seq. Neque etiam negotia lucrativa, in quibus opera persona-

lis non intervenit. 175. & seqq. Decima reals cum integritate sunt solvenda. 179. In personalibus deducuntur impensa. 180. & seqq. Adstruitur modus decimandi. 184. Non possunt reddi pro Decimis pecunia. 185. & seq. Licetè tempore longissimo vi contractus sint soluta pecunia. 187. Aliud est, si non consistat de contractu.

§. I.

Quales fructus in Decimis Realibus sint præstandi?

164 **O**bjectum Juris Decimandi sunt fructus & lucra. Fructus in Decimis realibus, & lucra in Decimis personalibus.
 Quod actinet fructus, illi sunt præstandi ex rebus omnibus frugiferis, frumento, vino, feno, lana, lacte, oleo, pomis, leguminibus, fœtibz animalium &c. Textus in *cap. omnes decima 5. XL 1. q. 7. cap. commissum 4. cap. pervenit 5. cap. cum homines 7. cap. non est 22. cap. ex transmissa 23. cap. pastoralis 28. de Decim.*
 165 An autem habenda sit ratio fructuum, & meliores præ vilioribus debeant seligi? Quæ-
 rere licet. Ubi
 Resp. nullum selectum esse faciendum, sed, prout fors tulerit, quemque manipulum decimum ex frugibus, & quamvis decimam partem ex aliis fructibus esse separandam, prout jam in Testamento Veteri Levit. *cap. 27.* constitutum, & in Novo repetitum

est in *cap. quicumque 4. cap. omnes decima 5. XVI. q. 7.*
 An præterea fructus, decimandi sint in agris, vel primum in horreis? Rursus interrogare lubet. Ubi
 Resp. eum, qui Decimas solvere tenetur, posse, si velit, statim in agro Decimas separare. Canil. de *Decim. cap. 7. num. 2. P. Friderich de Decim. n. 547.* Ratio est: quia, qui obligatus est ad Decimas, obligationi suæ satisfacit, si modò decimam partem ex frugibus solvat. Ergo satisfacit, si separationem statim in agro faciat. Interim in quibusdam locis est in arbitrio Decimatoris, velint fructus in agro vel in horreo decimare; quò casu non exiguum est emolumentum, separationem in horreo facere: cum non amplius sit opus, ut eorum & vehiculorum auxilio Decimæ in horreum inferantur.

§. II.

Quænam lucra in Decimis personalibus sint decimanda?

169 **Q**uoad Decimas personales sciendum est, omnia lucra, ex operis & industria personæ justè acquisita, sive ex mercatura, negotiatione, artificio, officio, militia, stipendiis, salariis, mercedibus, sive aliunde proveniant, esse decimanda. Textus in *cap. Decima 66. XVI. quæst. 1. cap. non est 22. cap. ex transmissa 23. cap. pastoralis 28. de Decim.*
 170 Dixi: justè acquisita. Nam quæ titulo injustò acquiruntur, & sine injustitia fervari non possunt, nec lucra sunt, nec Ecclesiæ ejusque Ministris, tanquam fructus de mammona iniquitatis, debentur *arg. d. cap. ex transmissa 23.*
 171 P. Wex de *Decim. q. 6. n. 8.* Quæ autem titulo injustò parantur, sed tamen sine injustitia fervari possunt, qualia sunt mercedes ex prostitutione corporis acceptæ, licetè ex som-

muni sententia debeant de rigore Juris decimari, attamen ab Ecclesia, ne delictum approbare videatur, acceptari non debent. Panoritanus in *cit. cap. ex transmissa n. 3.* Magnif. D. P. König ad *cit. tit. n. 13.*
 Quæres I. an ratione pretii v. g. in emptio-
 ne venditione, aut alterius pecuniæ, in aliis contractibus onerosis debeantur Decimæ?
 Resp. negativè. Ratio est: quia pretium aliæve pecuniæ in contractibus onerosis non sunt lucra, provenientia ex industria personæ, sed redduntur in vicem & compensationem alterius rei, de qua per sepe Decimæ aliàs solvantur. P. Friderich d. l. n. 521.
 Quæres II. an ex rebus, quæ titulo lucrati-
 vò, v. g. legato vel donatione acquiruntur, Decimarum nomine quid solvendum sit?
 Resp.

Resp. negativè. P. Wex de *Decim. d. q. 6. num. 9. P. Friderich d. l. n. 522.* Ratio est: quia taliter acquisita nec lucra sunt, ex arte vel industria personæ; nec fructus sunt, ex prædiis aut rebus nati: adeoque ab obligatione decimandi soluta reputantur.

Nec obloquitur d. *cap. ex transmissa 23.* ubi 174 Decimæ jubentur præstari de omnibus, quæ fidelis homo licetè potest acquirere: supponitur namque talis acquisitio, quæ habeatur ex fructibus rerum aut operis personarum.

§. III.

Cum qua integritate Decimæ sint solvendæ?

175 **I**n hoc puncto fecernendæ sunt Decimæ reales à personalibus. Decimæ reales solvendæ sunt cum integritate, aded ut non liceat impensas deducere, in fructuum nativitate vel conservationem erogatas. Textus in *cap. commissum 4. cap. pervenit 5. cap. ex parte 21. cap. ex transmissa 23. cap. in aliquibus 32. de Decim.* Ratio est: tum quia Legislatores Ecclesiastici ad imitationem Legis Antiquæ voluerunt decimam partem fructuum naturaliter, prout ex beneficio Creatoris nascuntur, præstari: tum quia in aliis quoque pensionationibus & tributis, sine deductione sumptuum, fructus præstari solent *arg. l. si pendentes 27. in pr. ff. de Usufructu. P. Wex d. l. num. 5.*
 177 Nec contradicit l. si à domino 36. §. ult. ff. de Heredit. petit. ubi dicitur, fructus non intelligi, nisi deductis impensis, quæ quærendarum, cogendarum, conservandarumque eorum gratia fiunt.
 178 Ubi namque fructus accipiuntur civiliter, & expensarum deductio permittitur, quando agitur de restitutione rei & fructuum, in quos alter expensas fecit, & si deducere non possit, damnum incens subiret.
 179 Decimæ personales eontrà non debentur, nisi deductis impensis, quas persona fecerat in acquirendo lucro *cap. pastoralis 28. de Decim.* Ratio est: quia Decimæ personales non debentur nisi ex lucro. Sed nomine lucri, tam naturaliter quam civiliter considerati, intelligitur solummodo, quod superest impensis dedu-

ctis l. Mutius 30. ff. pro Socio. Ergo &c. Vid. Moneta de *Decim. cap. 7. q. 4. n. 34. P. Wex d. q. 6. n. 5. & 6.*
 Exquires: quomodò faciendâ sit numeratio Decimarum?
 Resp. numerationem Decimarum sic faciendam esse, ut ex frumento semper decimus manipulus; ex vino decima amphora; ex fructibus arborum decima mensura; ex pecorum fœtibz decimum caput præstetur. Quod si post decimum manipulum v. g. rema-
 181 neant adhuc aliquot infra decem. Hæc res duo infra decem nec illò annò quidpiam penditur, nec annò sequenti compensatur: eò quòd obligatio Decimarum singulis annis terminetur, nec plus debeat solvi, quam decima pars ex decem. P. Friderich *num. 561.* Per hoc tamen non prohibetur Decimator fa-
 182 cere numerationem manipulorum de uno agro in alium: aded ut si in uno tantum collecti sint 7. vel 8. manipuli, in altero plures, hi cum illis conjungendi, & ex cumulo decimus quisque manipulus sit detrahendus: eò quòd agri, quatenus sunt decimabiles, collectivè magis quam distributivè considerentur P. Friderich *num. 562.* Quamvis nec 183 hoc casu videatur æquum, ut decimatio fiat à specie unius agri ad speciem alterius agri notabiliter diversam, v. g. ab avena vel hordeo ad triticum: quia non licet facere computationem seu numerationem continuum in fructibus aded disparatis. Idem Auctor *n. 563.*

§. IV.

Possintne pro Decimis reddi pecuniæ?

184 **D**E Jure Communi certum est, invito Decimatori non posse pro Decimis fructuum reddi pecunias: tum quia creditor nolenti non licet aliud pro alio solvere l. mutuum 2. §. 1. ff. de R. C. tum quia nemo cogitur invitus vendere rem suam l. invitum 11. l. in vendendis 13. Cod. de Contrab. empti.
 185 Quid autem, si longò, & multò magis si longissimo tempore pro fructibus in natura Decimatori volenti & consentienti sit soluta pecunia: tenebiturne deinceps invitus acceptare pecuniam?
 Resp. inquirendum esse, num constet, quòd Decimæ in pecunia fuerint solutæ v. g. contractibus præcedentis; nec ne. Si constet; non tenebitur post tempus contra-

ctus per se loquendò acceptare pecuniam: eò quòd ipsi non possit opponi præscriptio; nec positiva, utpote quæ tam possessione quam bona fide destituta foret; nec privativa, dum interea Decimator non intermisit, jus suum exercere in æquivalenti, atque ob vinculum juris seu obligationis fructus in natura petere non potuit.
 Si non constet; potest vi præscriptionis in-
 187 duci obligatio, pro fructibus in natura pecuniam acceptandi, maximè, si ex parte fide-
 188 lium, ad Decimas obligatorum, concurrat renitentia & contradictio adversus Decimato-
 rem, Decimas in natura repetentem, & illè patientiam accomodet *arg. eorum, quæ docui in Lib. I. tr. de Prescript. cap. 4. d. n. 74.*